

**Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.**

**Wersja sandomierska**

Rękopis Biblioteki Jagiellońskiej 4405, k. 89

Odczyt: Maciej Mikuła

Artykuł 1

[1] Cesar Otho Ruphus fundavit templum in Meydburg et dedit civibus municipale ius secundum eorum arbitrium et secundum consilium seniorum. Extunc arbitrati sunt, quod eligerent scabinos et consules, scabinos ad diuturnum tempus et consules ad unum annum. Qui tunc iuraverunt et nunc iurant annis singulis, dum eliguntur. Ius et proiectum et honorem custodire et agere, quanto caucius et melius sciant, aut possunt cum consilio ac iuvamine seniorum. Consules exponunt suum conventum secundum suum placitum ac voluntatem cum seniorum consensu. Consules eciam habent potestatem iudicandi super quamlibet vacuam mensuram ac pondera iniusta, ac corethos iniustos et cuiuslibet cibi seu potus mercimonia. Et quicumque hoc violaverit, demeretur tres Sclavonicas marcas, que faciunt xxxvi solidos. Consules suum conventum exponunt, extunc ibi quitquit statutum fuerit aut compromissum in isto conventu quod iuri divino non contradicit, firmum et inviolabile debet observari. Et quicumque violaverit, hoc consules habent agere. Et quicumque ad conventum venire neglexerit, dum signum datur per campanam, demeretur sex denarios. Sin autem sibi conventus pronunciatus fuerit, demeretur quinque solidos.

b-< consul a consulendo vel a iudicando nam et hoc consules veteres vocantur, vis aduc remanet illud rogat bonum consultis et bonum iudicialis >-b

<sup>a</sup> wymazane b; <sup>b</sup>-<sup>b</sup> ręka komentatora na górnym marginesie

[hasła: rajca, ławnik, rada, starsi, Magdeburg, cesarz, kadencja, miara, waga]